11. Apg 1, 1—15 und 2, 1—11 in zwei altlateinischen Fassungen

Die erste, mit der cyprianischen fast zusammenfallende, ist entnommen einer am 7. Dezember 404 abgehaltenen Disputation zwischen Augustin und dem Manichäer Felix (ed. ZYCHA, CSEL 25, 2, 804), die zweite der vielleicht pseudo-augustinischen Schrift Epistula ad Catholicos (ed. PETSCHENIG, CSEL 52, 262ff.).

1 [1] primum quidem sermonem feci de omnibus o theophile quae coepit iesus facere et docere [2] in die quo apostolos elegit per spiritum sanctum et praecepit praedicare euangelium.
[3] quibus praebuit se uiuum post passionem in multis argumentis dierum uisus eis dies quadraginta et docens de regno dei [4] et quomodo conuersatus est cum illis. et praecepit eis ne discederent ab hierosolymis sed sustinerent pollicitationem patris quam audistis inquit ex ore meo [5] quoniam iohannes quidem baptizauit aqua uos autem spiritu sancto incipietis baptizari quem et accepturi estis non post multos istos dies usque ad pentecosten.
[6] illi ergo conuenientes interrogabant eum dicentes. domine si in hoc tempore praesentabis regnum israhel.
[7] ille autem dixit. nemo potest cognoscere tempus quod pater posuit in sua potestate. [8] sed accipietis uirtutem spiritus sancti superuenientem in uos et eritis mihi testes

1 [1] primum quidem sermonem feci de omnibus o theophile quae coepit iesus facere et docere [2] usque in diem quo apostolos elegit per spiritum sanctum mandans eis praedicare euangelium.
[3] quibus et manifestauit se ipsum post passionem suam in multis signis per dies quadraginta apparens eis et disputans de regno dei. [4] et cum conuersaretur cum eis praecepit eis ab hierosolymis ne discederent sed expectarent promissionem eius quam audistis inquit ex ore meo [5] quia iohannes quidem baptizauit aqua uos autem spiritu sancto baptizabimini quem et accepturi estis non post multos hos dies.
[6] at illi quidem conuenientes interrogauerunt eum dicentes. domine si in tempore hoc restitues regnum israhel.
[7] quibus respondens dixit. non est uestrum scire tempora quae pater posuit in sua potestate. [8] sed accipietis uirtutem spiritus sancti superuenientem in uos et eritis mihi testes

apud hierosolymam et in tota iudaea
et samaria et usque in totam terram.
9 cum haec diceret nubes suscepit eum
et sublatus est ab eis.
10 et quomodo con-
templantes erant cum iret in caelum
ecce duo uiri astabant illis in ueste alba
11 qui dixerunt ad eos. uiri galilaei
quid statis respicientes in caelum.
iste iesus qui adsumptus est in caelum
a uobis sic ueniet quemadmodum eum
uidistis euntem in caelum. 12 tunc
reuersi sunt hierosolymam a monte
qui uocatur elaeon qui est iuxta
hierosolymam sabbati habens iter.
13 et cum introissent ascenderunt in
superiora ubi habitabant petrus et
iohannes iacobus et andreas philippus
et thomas bartholomaeus et matthaeus
iacobus alphaei et simon zelotes et
iudas iacobi. 14 et erant per-
seuerantes omnes unanimes in ora-
tionibus cum mulieribus et maria quae
fuerat mater iesu et fratribus eius.
15 et in diebus illis exurrexit petrus
in medio di⟨s⟩centium et dixit fuit
autem turba in uno hominum quasi
centum uiginti.
2 1 in illo tempore quo subpletus est
dies pentecostes fuerunt omnes simul
in uno. 2 et factus est subito de
caelo sonus quasi ferretur flatus
uehemens et inpleuit totam illam
domum in qua erant sedentes. 3 et
uisae sunt illis linguae diuisae quasi
ignis qui et insedit super unumquem-
que illorum. 4 et inpleti sunt
omnes spiritu sancto et coeperunt
loqui uariis linguis quomodo spiritus
dabat eis pronuntiare. 5 hierosolymis
autem fuerunt habitatores iudaei ho-
mines ex omni natione quae est sub

in hierusalem et in tota iudaea et
samaria et usque in totam terram.
9 haec cum dixisset uidentibus illis
eleuatus est et nubes suscepit eum
ab oculis eorum. 10 et cum intuerentur
in caelum eunte illo ecce duo uiri ad-
stiterunt illis in ueste candida
11 qui et dixerunt. uiri galilaei quid
statis respicientes in caelum. iste
iesus qui assumptus est in caelum a
uobis sic ueniet quemadmodum eum
uidistis euntem in caelum. 12 tunc
reuersi sunt in hierusalem a monte
qui uocatur elaeon qui est iuxta
hierosolymam sabbati habens iter.
13 et cum introissent ascenderunt in
superiora ubi erant inhabitantes petrus
et iohannes iacobus et andreas philip-
pus et thomas bartholomaeus et
matthaeus iacobus alphaei et simon
zelotes et iudas iacobi. 14 hi omnes
erant adseruientes unanimes orationi
cum mulieribus et maria quae fuit
mater iesu et fratribus eius.
15 in his autem diebus surgens petrus
in medio discipulorum dixit erat
autem turba hominum circiter cen-
tum uiginti.
2 1 et cum complerentur dies pen-
tecostes erant omnes simul in unum.
2 et factus est repente
de caelo sonus uelut decurrentis
spiritus uehementis et repleuit totam
domum ubi erant sedentes. 3 et
uisae sunt illis distributae linguae uelut
ignis. consedit autem super unum-
quemque eorum. 4 et repleti sunt
omnes spiritu sancto et coeperunt
loqui uariis linguis prout spiritus
dabat pronuntiare eis. 5 erant autem
inhabitantes in hierusalem iudaei
uiri et religiosi ex omni gente quae

caelo. [6] et cum facta esset
uox collecta est turba et confusa
quoniam audiebat unusquisque suo
sermone et suis linguis loquentes eos.
[7] stupebant autem et admirabantur ad
inuicem dicentes. nonne omnes qui
loquuntur natione sunt galilaei. [8] et
quomodo agnoscimus in illis ser-
monem in quo nati sumus.
[9] parthi medi et elamitae et qui in-
habitant mesopotamiam armeniam et
cappadociam pontum asiam
[10] phrygiamque et pamphyliam aegyp-
tum et partes libyae quae est ad
cyrenen et qui aduenerant romani
[11] iudaeique et proselyti cretenses et
arabes audiebant loquentes illos suis
linguis magnalia dei.

est sub caelo. [6] cumque facta esset
haec uox conuenit multitudo ac mente
confusa est quia audiebat unusquisque
eorum sua lingua loquentes eos.
[7] stupebant autem et mirabantur ad
inuicem dicentes. nonne omnes hi
qui loquuntur galilaei sunt. [8] et
quomodo nos audiuimus unusquisque
propriam linguam in qua nati sumus.
[9] parthi et medi et elamitae et qui
inhabitabant mesopotamiam iudaei
et cappadociam pontum et asiam
[10] phrygiamque et pamphyliam aegyp-
tum et partes libyae quae sunt ad
cyrenen et qui aduenerant romani
[11] iudaeique et aduenae cretenses et
arabes audiebant loquentes illos suis
linguis magnalia dei.

1^{11} eum uid.] uid. eum ZYCHA | 1^{15}di<s>centium] audientium ZYCHA | 2^{1} illo] loco ZYCHA *c. omn. test.* | 2^{3} illorum] eorum ZYCHA | 2^{9} armeniam *c. edit. princ.*] iudaeam ZYCHA | 2^{9} inhabitabant PETSCHENIG] inhabitant? | 2^{10} phrygiamque *c. edit. princ.*] phrygiam ZYCHA | 2^{10} cyrenen] cyrenem ZYCHA | aduenerant] aderant ZYCHA.

12. Die gotische Übersetzung.

Jo 7 nach dem Codex Argenteus, ed. W. STREITBERG (Die gotische Bibel², Heidelberg 1919), in der rechten Spalte der Text des Codex Brixianus (*f*) nach der Ausgabe von WORDSWORTH-WHITE, Nouum testamentum D. N. I. Chr. Latine, Oxford 1889—98.

[1] Jah þarboda Iesus afar þata in Galei-
laia; ni auk wilda in Iudaia gaggan,
unte sokidedun ina þai Iudaieis usqi-
man. [2] wasuh þan neþa dulþs
Iudaie, so hleþrastakeins.
[3] þanuh qeþun du imma broþrjus is:
usleiþ þaþro jah gagg in Iudaian,
ei jah þai siponjos <þeinai> saiþaina
waurstwa þeina þoei þu taujis.
[4] ni manna auk in analaugnein þa
taujiþ jah sokeiþ sik uskunþana wisan.
jabai þata taujis, bairhtei þuk silban
þizai manasedai. [5] ni auk þai broþrjus
is galaubidedun imma.

[1] Post haec ambulabat iesus in gali-
laeam non enim uolebat in iudaeam
ambulare. quia iudaei quaerebant eum
interficere. [2] erat autem in proximo
dies festus iudaeorum scenopegia.
[3] dixerunt ergo ad eum fratres eius.
transi hinc et uade in iudaeam. ut et
discipuli tui. uideant opera tua quae
facis.
[4] nemo enim in occulto aliquid facit
et quaerit ipse in palam esse. si haec
facis manifesta te ipsum. huic mundo.
[5] neque enim fratres
eius. tunc credebant in eum.

[6] þaruh qaþ im Iesus: mel mein ni nauh ist, iþ mel izwar sinteino ist manwu. [7] ni mag so manaseþs fijan izwis, iþ mik fijaiþ; unte ik weitwodja bi ins þatei waurstwa ize ubila sind. [8] jus galeiþiþ in dulþ þo, iþ ik ni nauh galaiþa in þo dulþ, unte meinata mel ni nauh usfulliþ ist. [9] þatuh þan qaþ du im wisands in Galeilaia.

[10] iþ biþe galiþun þai broþrjus is, þanuh jah is galaiþ in þo dulþ ni andaugjo, ak swe analaugniba.

[11] þanuh Iudaieis sokidedun ina in þizai dulþai jah qeþun: Þar ist jains? [12] jah birodeins mikila ‹bi ina› was in managein: sumaih qeþun þatei sunjeins ist; anþarai qeþun: ne, ak airzeiþ þo managein. [13] nih þan ainshun sweþauh balþaba rodida bi ina in agisis Iudaie. [14] iþ juþan ana midjai dulþ usstaig Iesus in alh jah laisida. [15] jah sildaleikidedun manageins qiþandans: Þaiwa sa bokos kann unuslaisiþs? [16] andhof þan Iesus jah qaþ: so meina laiseins nist meina, ak þis sandjandins mik.

[17] jabai Þas wili wiljan is taujan, ufkunnaiþ bi þo laisein framuh guda sijai, þau iku fram mis silbin rodja.

[18] saei fram sis silbin rodeiþ, hauhiþa seina sokeiþ; iþ saei sokeiþ hauhiþa þis sandjandins sik, sah sunjeins ist jah inwindiþa in imma nist.

[19] niu Moses gaf izwis witoþ? jah ni ainshun izwara taujiþ þata witoþ; Þa mik sokeiþ usqiman? [20] andhof so managei jah geþun: unholþon habais; Þas þuk sokeiþ usqiman? [21] andhof

[6] dicit ergo eis iesus. tempus meum. nondum aduenit. tempus autem uestrum semper est paratum. [7] non potest hic mundus odire uos. me autem odit. quia ego testimonium perhibeo de illis quoniam opera eorum mala sunt. [8] uos autem ascendite. ad diem festum hunc. ego autem nondum ascendo ad diem festum hunc. quia meum tempus. nondum impletum est. [9] haec autem dixit eis cum esset in galilaeam.

[10] ut autem ascenderunt fratres eius. tunc et ipse ascendit ad diem festum. non manifeste. sed quasi in occulto.

[11] iudaei ergo quaerebant eum in die festo et dicebant. ubi est ille.

[12] et murmur magnus de illo erat in plebe. quidam enim dicebant. quia uerax est. alii autem dicebant non. sed seducit turbas. [13] nemo tamen fiducialiter loquebatur de illo. propter metum iudaeorum. [14] iam autem. die festo mediante. ascendit iesus in templum. et docebat. [15] et mirabantur turbae dicentes. quomodo hic. litteras scit. cum non didicerit. [16] respondit autem iesus et dixit. mea doctrina. non est mea. sed eius qui me misit.

[17] si quis uoluerit. uolumtatem eius facere. cognoscet de doctrina hac. utrum ex deo est. an ego a me ipso loquor.

[18] qui enim a semetipso loquitur. gloriam propriam quaerit. qui autem quaerit gloriam eius qui misit eum. hic uerax est. et iniustitia in illo non est. [19] non ne moyses. dedit uobis legem. et nemo ex uobis facit legem. quid me quaeritis interficere. [20] respondit turba et dixit. demonium habes. quis te quaerit interficere. [21] respondit

Iesus jah qaþ du im: ain waurstw gatawida, jah allai sildaleikeiþ.
[22] duþþe Moses atgaf izwis bimait, ni þatei fram Mose sijai, ak us attam, jah in sabbato bimaitiþ mannan.
[23] jabai bimait nimiþ manna in sabbato, ei ni gatairaidau witoþ þata Mosezis; iþ mis hatizoþ, unte allana mannan hailana gatawida in sabbato? [24] ni stojaiþ bi siunai, ak þo garaihton staua stojaiþ.
[25] qeþunuh þan sumai þize Iairusaulwmeite: niu sa ist þammei sokjand usqiman? [26] jah sai, andaugiba rodeiþ jah waiht du imma ni qiþand; ibai aufto bi sunjai ufkunþedun þai reiks þatei sa ist bi sunjai Xristus?
[27] akei þana kunnum, þaþro ist; iþ Xristus, biþe qimiþ, ni manna wait þaþro ist.
[28] hropida þan in alh laisjands Iesus jah qiþands: jah mik kunnuþ jah wituþ þaþro im; jah af mis silbin ni qam, ak ist sunjeins saei sandida mik, þanei jus ni kunnuþ. [29] iþ ik kann ina, unte fram imma im, jah is mik insandida. [30] sokidedun þan ina gafahan, jah ni ainshun uslagida ana ina handu, unte nauhþanuh ni atiddja þeila is.
[31] iþ managai þizos manageins galaubidedun imma jah qeþun: ‹ei› Xristus, þan qimiþ, ibai [ei] managizeins taiknins taujai þaimei sa tawida?
[32] hausidedun þan Fareisaieis þo managein birodjandein bi ina þata. inuhsandidedun andbahtans þai Fareisaieis jah þai auhumistans gudjans, ei gafaifaheina ina. [33] þanuh qaþ Iesus: nauh leitila þeila miþ izwis im, jah þan gagga du þamma sandjandin mik.
[34] sokeiþ mik jah ni bigitiþ, jah þarei im ik, jus ni maguþ qiman.
[35] þaruh qeþun þai Iudaieis du sis

iesus et dixit eis. unum opus feci. et omnes miramini.
[22] propterea moyses. dedit uobis circumcisionem. non quia ex moyse est sed ex patribus. et in sabbato circumciditis hominem. [23] si ergo circumcisionem accipit homo in sabbato. ut non soluatur lex moysi. mihi autem quid indignamini. quia totum hominem saluum feci in sabbato. [24] nolite iudicare secundum faciem sed iustum iudicium iudicate. [25] dicebant ergo quidam ex ierosolymitis. nonne hic est quem quaerunt interficere. [26] et ecce palam loquitur. et nihil ei dicunt. numquid uere cognouerunt principes. quia hic est uere christus.
[27] sed hunc scimus unde sit. christus autem cum uenerit. nemo scit unde sit.
[28] clamabat ergo docens in templo iesus. et dicens. et me scitis. et nostis unde sim. et a me ipso non ueni. sed est uerus qui me misit. quem uos nescitis.
[29] ego autem scio eum quia ab ipso sum. et ipse me misit.
[30] quaerebant ergo eum adprehendere. et nemo misit in illum manus. quia nondum uenerat hora eius.
[31] de turba autem multi crediderunt in eum. et dicebant. christus cum uenerit. numquid pluriora signa faciet. quam quae hic fecit.
[32] audierunt ergo pharisaei. turbam murmurantem de illo haec. et miserunt principes sacerdotum. et pharisaei ministros. ut adprehenderent eum.
[33] dixit ergo iesus. adhuc modicum tempus uobiscum sum. et uado ad eum qui me misit.
[34] quaeritis me et non inuenietis. et ubi sum ego. uos non potestis uenire.
[35] dixerunt ergo iudaei ad inuicem. quo

misso: þadre sa skuli gaggan, þei weis
ni bigitaima ina? nibai in distahein
þiudo skuli gaggan jah laisjan þiudos?
36 þa sijai þata waurd, þatei qaþ: so-
keiþ mik jah ni bigitiþ, jah þarei im
ik, jus ni maguþ qiman? 37 iþ in spedi-
stin daga þamma mikilin dulþais stoþ
Iesus jah hropida qiþands: jabai þana
þaursjai, gaggai du mis jah driggkai.
38 saei galaubeiþ du mis, swaswe qaþ
gameleins, aþos us wambai is rinnand
watins libandins. 39 þatuh þan qaþ
bi ahman þanei skuldedun niman þai
galaubjandans du imma; unte ni
nauhþanuh was ahma sa weiha ana
im, unte Iesus nauhþanuh ni hauhiþs
was. 40 managai þan þizos manageins
hausjandans þize waurde qeþun: sa ist
bi sunjai sa praufetes. 41 sumaih qe-
þun: sa ist Xristus. sumaih qeþun:
ibai þau us Galeilaia Xristus qimiþ?
42 niu gameleins qaþ þatei us
fraiwa Daweidis jah us Beþlaihaim
weihsa, þarei was Daweid, Xristus
qimiþ? 43 þanuh missaqiss in þizai
managein warþ bi ina. 44 sumaih þan
ize wildedun fahan ina; akei ni ains-
hun uslagida ana ina handuns.
45 galiþun þan þai andbahtos du þaim
auhumistam gudjam jah Fareisaium;
þaruh qeþun du im jainai: duþe ni
attauhuþ ina? 46 andhofun þai and-
bahtos: ni þanhun aiw rodida manna,
swaswe sa manna. 47 andhofun þan im
þai Fareisaieis: ibai jah jus afairzidai
sijuþ? 48 sai, jau ainshun þize
reike galaubidedi imma aiþþau Farei-
saie? 49 alja so managei, þaiei ni
kunnun witoþ, fraqiþanai sind. 50 qaþ
Nikaudemus du im, saei atiddja du
imma in naht, sums wisands izei:
51 ibai witoþ unsar stojiþ mannan,

hic iturus est. quia nos non inueniemus
eum. numquid in dispersionem gentium
iturus est et docere gentes.
36 quis est hic sermo quem dixit quae-
ritis me et non inuenietis. et ubi ego
sum uos non potestis uenire. 37 in nouis-
simo autem die magno. festiuitatis.
stabat iesus. et clamabat dicens si quis
sitit. ueniat ad me et bibat.
38 qui credit in me sicut dixit scribtura.
flumina de uentre eius fluent. aquae
uiuae. 39 hoc autem dixit.
de spiritu quem accepturi erant cre-
dentes in eum. quia nondum erat spiri-
tus sanctus in eis. quia iesus nondum
fuerat glorificatus.
40 multi autem ex illa turba
audientes hos sermones dicebant. hic
est uere profeta. 41 alii autem
dicebant. hic est christus. quidam uero
dicebant. numquid a galilaea christus
uenit. 42 nonne scribtura dicit. quia ex
semine dauid. et de bethleem castello.
ubi erat dauid christus uenit.
43 dissensio itaque facta est in
turba propter eum. 44 quidam autem
ex illis. uolebant adpraehendere eum.
sed nemo tamen in eum manus iniecit.
45 uenerunt autem ministri ad prin-
cipes sacerdotum. et pharisaeos. et
dixerunt eis illi quare non adduxistis
eum. 46 responderunt ministri.
numquam sic locutus est ullus homi-
num. sicut hic homo. 47 responderunt
ergo eis pharisaei. numquid et uos
seducti estis. 48 numquid aliquis ex
principibus. aut ex pharisaeis credidit
in eum. 49 sed turba haec. quae non
nouit legem. maledicti sunt. 50 dixit
autem nicodemus ad eos. ille qui uenit
ad eum nocte. qui unus erat ex ipsis.
51 numquid lex nostra iudicat hominem.

nibai faurþis hauseiþ fram imma jah ufkunnaiþ þa taujai? [52] andhofun jah qeþun du imma: ibai jah þu us Galeilaia is? ussokei jah sailþ þatei praufetus us Galeilaia ni urreisiþ.

nisi prius audierit ab eo. et cognouerit quid faciat. [52] responderunt et dixerunt ei. numquid et tu a galilaea es. scrutare et uide. quia propheta a galilaea non surgit.

13. Die altsyrische Übersetzung.

Lk 11, 1—13 im Text des Syrus-Curetonianus (sy^{c}) in wortgetreuer deutscher Übersetzung; am unteren Rand die Abweichungen des Syrus-Sinaiticus (sy^{s}).

[1] Und als er aber betete an einem gewissen Ort, nachdem er aufgehört hatte ein wenig vom Gebet, sprach zu ihm einer von seinen Jüngern: Unser Herr, lehre uns beten wie Johannes gelehrt hat seine Jünger. [2] Er sprach zu ihnen: Wenn ihr betet, saget: Vater unser im Himmel. Geheiligt werde dein Name. Und es komme dein Königreich. [3] Und gib uns das fortwährende Brot jedes Tages. [4] Und vergieb uns unsere Sünden, und auch wir werden vergeben jedem der schuldig ist uns. Und nicht führe uns in Versuchung, sondern errette uns vom Bösen. [5] Und es sprach zu ihnen Jesus: Wer von euch ist, der einen Freund haben wird, und er wird gehen zu ihm in der Mitte der Nacht und wird sagen zu ihm: Freund leihe mir drei Laibe, [6] da mein Freund gekommen ist zu mir vom Wege und nichts ist mir, was ich setze vor ihn. [7] Und er wird antworten von innen und sagen zu ihm: Nicht belästige mich, weil die Tür verschlossen ist und die Kinder mit mir im Bett sind. Nicht kann ich aufstehen zu geben dir. [8] Ich sage euch: Wenn wegen der Freundschaft er nicht aufsteht zu geben ihm, wegen seiner Zudringlichkeit wird er aufstehen und geben ihm, was nötig ist ihm. [9] Und auch ich sage euch: Bittet und es wird gegeben werden euch. Klopfet und es wird aufgetan euch. [10] Jedermann nämlich, der bittet, empfängt und jeder, der sucht, findet und jeder, der klopft, aufgetan wird ihm. [11] Wer aber von euch, den bitten wird sein Sohn um Brot, wird er etwa einen Stein reichen ihm? oder wenn er um einen Fisch bitten wird ihn, wird er etwa statt eines Fisches eine Schlange geben ihm? [12] Und wenn er um ein Ei bitten wird ihn, wird er etwa einen Skorpion reichen ihm? [13] Und wenn ihr, die ihr böse seid, wisset gute Gaben zu geben euren Söhnen, um wieviel mehr wird der Vater vom Himmel geben heiligen Geist denen, die ihn bitten.

---

1 aber] *om.* | gewissen] *om.* | ein wenig] *om.* | 3 Er sprach] Und er sprach | 4 unser im Himmel] *om.* | 6 werden] *om.* | 7 sondern errette uns vom Bösen] *om.* | 9 haben wird] hat | 10 mein] ein | gekommen ist zu mir] überrascht hat mich | 11 Und er] + er | 12 sagen] sagt | 14 aufsteht zu geben] giebt | 15 seiner] der | 16 werden euch] + suchet und ihr werdet finden | 19 Brot, wird er etwa einen Stein reichen ihm? oder wenn er um einen Fisch bitten wird ihn] um einen Fisch | 22 ihm? Und] *om.* | 24 vom] im | heiligen Geist] Gutes

14. Clemens Alexandrinus

zitiert in der Schrift *Quis diues saluetur* (ed. P. M. BARNARD, Cambridge 1897) den Text Mk 10, 17—31 in folgender Fassung:

[17]ἐκπορευομένου αὐτοῦ εἰς ὁδὸν προσελθών τις ἐγονυπέτει λέγων. διδάσκαλε ἀγαθὲ τί ποιήσω ἵνα ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω. [18]ὁ δὲ ἰησοῦς λέγει. τί με ἀγαθὸν λέγεις. οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς ὁ θεός. [19]τὰς ἐντολὰς οἶδας. μὴ μοιχεύσῃς. μὴ φονεύσῃς. μὴ κλέψῃς. μὴ ψευδομαρτυρήσῃς. τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα. [20]ὁ δὲ ἀποκριθεὶς λέγει αὐτῷ. πάντα ταῦτα ἐφύλαξα ‹ἐκ νεότητός μου›. [21]ὁ δὲ ἰησοῦς ἐμβλέψας ἠγάπησεν αὐτὸν καὶ εἶπεν. ἕν σοι ὑστερεῖ. εἰ θέλεις τέλειος εἶναι πώλησον ὅσα ἔχεις καὶ διάδος πτωχοῖς καὶ ἕξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανῷ. καὶ δεῦρο ἀκολούθει μοι. [22]ὁ δὲ στυγνάσας ἐπὶ τῷ λόγῳ ἀπῆλθε λυπούμενος. ἦν γὰρ ἔχων χρήματα πολλὰ καὶ ἀργούς. [23]περιβλεψάμενος δὲ ὁ ἰησοῦς λέγει τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ. πῶς δυσκόλως οἱ τὰ χρήματα ἔχοντες εἰσελεύσονται εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ. [24]οἱ δὲ μαθηταὶ ἐθαμβοῦντο ἐπὶ τοῖς λόγοις αὐτοῦ. πάλιν δὲ ὁ ἰησοῦς ἀποκριθεὶς λέγει αὐτοῖς. τέκνα πῶς δύσκολόν ἐστι τοὺς πεποιθότας ἐπὶ χρήμασιν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ εἰσελθεῖν. [25]εὐκόλως διὰ τῆς τρυμαλιᾶς τῆς βελόνης κάμηλος εἰσελεύσεται ἢ πλούσιος εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ. [26]οἱ δὲ περισσῶς ἐξεπλήσσοντο καὶ ἔλεγον. τίς οὖν δύναται σωθῆναι. [27]ὁ δὲ ἐμβλέψας αὐτοῖς εἶπεν ὅτι παρὰ ἀνθρώποις ἀδύνατον παρὰ θεῷ δυνατόν. [28]ἤρξατο ὁ πέτρος λέγειν αὐτῷ. ἰδέ ἡμεῖς ἀφήκαμεν πάντα καὶ ἠκολουθήσαμέν σοι. [29]ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἰησοῦς λέγει. ἀμὴν ὑμῖν λέγω ὃς ἂν ἀφῇ τὰ ἴδια καὶ γονεῖς καὶ ἀδελφοὺς καὶ χρήματα ἕνεκεν ἐμοῦ καὶ ἕνεκεν τοῦ εὐαγγελίου [30]ἀπολήψεται ἑκατονταπλασίονα νῦν ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ ἀγροὺς καὶ χρήματα καὶ οἰκίας καὶ ἀδελφοὺς ἔχειν μετὰ διωγμῶν †εἰς που†. ἐν δὲ τῷ ἐρχομένῳ ζωήν †ἐστιν αἰώνιος. [31] ἐν δὲ† ἔσονται οἱ πρῶτοι ἔσχατοι καὶ οἱ ἔσχατοι πρῶτοι.

15. Irenaeus v. Lyon

zitiert in seinem gegen Ende des 2. Jahrh. griechisch geschriebenen, uns aber größtenteils nur durch eine vielleicht um die Mitte des 3. Jahrh. gefertigte sehr wörtliche lateinische Übersetzung erhaltenen Werk *Aduersus haereses* mehrere Stücke aus Mt und Apg von größerem Umfang. Die wichtigsten, bei W. SANDAY—C. H. TURNER—A. SOUTER, Nouum test. S. Irenaei, Old Latin Bibl. Texts VII, Oxford 1923, verglichenen Hss sind: 1. *C* = cod. Berolinensis lat. 43 (Phil. 1669, saec. IX), 2. *V* = cod. Leidensis 33 (saec. XV), 3. *A* = cod. Musei Britannici (Arundel. 87, saec. XII/XIII).

Mt **21**, 33—43: [33]*homo quidam erat paterfamilias, et plantauit uineam, et saepe circumdedit ei, et fodit in ea torcular, et aedificauit turrem, et locauit eam colonis et peregre profectus est.* [34]*cum autem appropinquasset tempus fructuum, misit seruos suos ad colonos, ut acciperent de fructibus suis.* [35]*et coloni, apprehensis seruis, unum quidem ceciderunt, alium autem lapidauerunt, alium uero occi-*

1 quidem erat *V*, erat quidam *A* | 2 sepem *A* | fodiuit *C* | torculare *A* | *om.* eam *V* |

derunt. [36]*iterum misit alteros seruos plures prioribus, et fecerunt eis similiter.* [37]*nouissime autem misit eis filium suum unicum dicens. forte reuerebuntur filium meum.* [38]*coloni uero cum uidissent filium, dixerunt intra se. hic est heres; uenite, occidamus eum et habebimus hereditatem eius.* [39]*et apprehensum eum*
5 *eiecerunt eum extra uineam, et occiderunt eum.* [40]*cum ergo uenerit dominus uineae, quid faciet colonis illis?* [41]*et dixerunt illi: malos male perdet et uineam suam locabit aliis colonis, qui reddent ei fructus temporibus suis.* [42]*iterum dominus dicit: numquam legistis: lapidem quem reprobauerunt aedificantes, hic factus est in caput anguli. a domino factus est et est mirabilis in oculis nostris.* [43]*propter quod*
10 *dico uobis quoniam auferetur a uobis regnum dei, et dabitur genti facienti fructus eius* (IV, 36, 1).

Mt **22**, 2—14: audiat dicentem eum [2]*simile* esse *regnum caelorum regi* nuptias facienti *filio suo* [3]*et* mittenti *seruos suos ad conrogandum eos qui uocati fuerunt ad nuptias. et* illis nolentibus obedire [4]*iterum*, ait, alteros seruos misit, *dicens: dicite*
15 *his qui uocati sunt: uenite, prandium meum paraui, tauri mei et omnia saginata occisa, et omnia parata sunt: uenite ad nuptias.* [5]*illi autem abierunt negligentes eum, alii quidem in agrum suum, alii autem in negotiationem suam;* [6]*reliqui uero arripuerunt seruos, et alios quidem contumeliose tractauerunt, alios uero occiderunt.* [7]*rex autem cum audisset, iratus est, et mittens exercitus suos perdidit interfectores*
20 *illos, et ciuitatem ipsorum succendit.* [8]*et dixit seruis suis: nuptiae quidem paratae sunt, uocati uero non fuerunt digni.* [9]*exite igitur ad exitus uiarum, et quotquot inueneritis, congregate ad nuptias.* [10]*et exeuntes serui eius congregauerunt omnes quotquot inuenerunt, malos et bonos; et completae sunt nuptiae a discumbentibus.* [11]*introiens autem rex uidere recumbentes uidit ibi hominem non uestitum indumen-*
25 *tum nuptiarum.* [12]*et dicit ei: amice, quomodo uenisti huc non habens indumentum nuptiarum? illo autem obmutescente* [13]*dixit rex ministris. tollite eum a pedibus et manibus, et mittite eum in tenebras quae sunt exteriores. ibi erit fletus et stridor dentium.* [14]*multi enim sunt uocati, pauci uero electi* (IV, 36, 5).

Apg **2**, 22—38: [22]*uiri* enim, inquit petrus, *israelitae, audite sermones meos.*
30 *iesum nazareum, uirum adprobatum a deo in uobis uirtutibus et prodigiis et signis quae fecit per ipsum deus in medio uestrum, quemadmodum ipsi scitis,* [23]*hunc definito consilio et praescientia dei traditum per manus iniquorum affigentes interfecistis.* [24]*quem deus excitauit solutis doloribus inferorum, quoniam non erat possibile teneri eum ab eis.* [25]*dauid enim dicit in ipsum. prouidebam dominum in con-*
35 *spectu meo semper, quoniam a dextris mei est ut non mouear.* [26]*propter hoc laetatum*

---

1 alios *A* | fec. ei sim. *C* | 2 uerebuntur *AV*, SANDAY | 5 *om.* eum 1° *AV*, SANDAY | om. eum 2° *A* | 6 faciat *C** | 7 locauit *C* | it. dicit dom. *A* | 9 factum *A* | 12 similem *C* | 13 emittenti seru. suos ad congregandum *V* | 14 alios *A* | 15 *om.* prand. meum par. *A* | 16 *om.* autem *A* | 17 ad negot. *A* | 18 corripuerunt *C* | 19 > est mitt. ex. suos et *CV* | 20 ips.] eorum *A* | 21 fuerant *C* | ite *A* | 23 *om.* a *AV* | 24 discumbentes *A* | indumento *A* | 25 dixit *V* | amici *C* | 30 nazarenum *A* | 31 medium *C* | diffinito *V* | 32 concilio *A* | 34 dixit *V* | domino *CV* | 35 mei] meis *AV*, SANDAY

est cor meum et exsultauit lingua mea, insuper et caro mea requiescet in spe, [27]*quoniam non derelinques animam meam in inferno, neque dabis sanctum tuum uidere corruptionem,* dehinc rursum [29]*fiducialiter* illis dicit *de patriarcha dauid, quoniam mortuus est et sepultus et sepulcrum eius* sit *apud* eos *usque in hunc diem.* [30]*propheta autem,* inquit, *cum esset et sciret quoniam iureiurando ei iurauit deus de fructu uentris eius sedere in throno eius,* [31]*prouidens locutus est de resurrectione christi, quoniam neque derelictus est apud inferos neque caro eius uidit corruptionem.* [32]*hunc iesum, inquit, excitauit deus, cuius nos omnes sumus testes.* [33]*qui dextera dei exaltatus, repromissionem spiritus sancti accipiens a patre, effudit donationem hanc quam uos nunc uidetis et auditis.* [34]*non enim dauid ascendit in caelos. dicit autem ipse: dicit dominus domino meo: sede ad dexteram meam,* [35]*quoadusque ponam inimicos tuos subpedaneum pedum tuorum.* [36]*certissime ergo sciat omnis domus israel quoniam et dominum eum et christum deus fecit, hunc iesum quem uos crucifixistis.* [37]cum dixissent igitur turbae: *quid ergo faciemus?* [38]*petrus ad eos ait: paenitentiam agite, et baptizetur unusquisque uestrum in nomine iesu in remissa peccatorum, et accipietis donum spiritus sancti.* (III, 12, 2.)

Apg **3**, 12—26: *uiri israelitae, quid admiramini in hoc, et nos quid intuemini quasi nostra uirtute fecerimus hunc ambulare?* [13]*deus abraham, deus isaac, deus iacob, deus patrum nostrorum, glorificauit filium suum, quem uos quidem tradidistis in iudicium et negastis ante faciem pilati, cum remittere eum uellet.* [14]*uos autem sanctum et iustum adgrauastis, et petistis uirum homicidam donari uobis,* [15]*ducem autem uitae occidistis, quem deus excitauit a mortuis, cuius nos testes sumus.* [16]*et in fide nominis eius hunc quem uidetis et scitis confirmauit nomen eius, et fides quae est per ipsum dedit ei incolumitatem coram uobis omnibus.* [17]*et nunc, fratres, scio quoniam secundum ignorantiam fecistis nequam.* [18]*deus autem quae praedixit ore omnium prophetarum pati christum suum adimpleuit.* [19]*paenitentiam igitur agite et conuertimini, uti deleantur peccata uestra et ueniant uobis tempora refrigerii a facie domini* [20]*et mittat uobis praeparatum christum iesum,* [21]*quem oportet caelum quidem suscipere usque ad tempora dispositionis omnium quae locutus est deus per sanctos prophetas suos.* [22]*moyses quidem dicit ad patres nostros quoniam prophetam uobis excitabit dominus deus uester ex fratribus uestris quemadmodum me; ipsum audietis in omnibus quaecumque locutus fuerit ad uos.* [23]*erit autem omnis anima quaecumque non audierit prophetam illum peribit de populo.* [24]*et omnes a samuel et deinceps quotquot loculi sunt et adnuntiauerunt dies istos.* [25]*uos estis filii prophetarum et testamenti quod deus disposuit ad patres nostros, dicens ad abraham: et in semine tuo benedicentur omnes tribus terrae.* [26]*uobis primum deus excitans filium suum misit benedicentem uos, uti conuertat se unusquisque a nequitiis suis* (III, 12, 3).

---

4 sit] fit SANDAY | 6 sederet *AC* | 7 apud] ad *V* | 11 caelo *A* | dixit dom. *V*, SANDAY | 13 scia *V* | 16 remissionem *V* | 17 miramini *AC*, SANDAY | 20 pylati *CV* | 21 adgrauates *C* | 26 quae] qui *V* | 27 ut *CV*, SANDAY | 28 *om.* tempora — uob. praep. *C* | *om.* a facie *A* | > praep. uobis *A*, SANDAY | 29 > quidem caelum *A* | 31 deus noster *A* | 35 patr. uestros *A* | 38 negociis *CV*

16. Die Kapitulation des Codex Fuldensis der Vulgata (F)

zum Römerbrief (nach der Ausgabe von E. RANKE, Marburg u. Leipzig 1868, p. 176).

Inc. cap. testimoniorum subiectorum de epist. pauli apostoli ad romanos.

I. De incarnatione dni ihu xpi ante omnem euum praeordinata

II. quod pro fide romanorum qua christiani esse coeperunt do apostolus gratias agit ut probetur fidem in dm muneris esse diuini

III. de eis qui cognoscentes dm creaturas pro creatore coluerunt

IIII. de his qui sua crimina in aliorum actione condemnant et ipsi in suam impietate persistunt

V. de lege litterae et de lege naturae quib. omne hominum genus una condicione concluditur

VI. de occulto iudaeo et spiritaliter circumcisio cui plurimum per intellegentiam prosunt statuta legalia

VII. de generali remissione peccatorum qua nemo non indiget quam sola confert. gratiam di per fidem xpi quoniam lex peccatum ostendit. cauendum non delet admissum

VIII. quod beatus abraham priusquam praeceptum circumcisionis acciperet fidem iustificatus sit et non secundum carnis propaginem sed secundum fidei unitatem factus sit. Omnium gentium pater quia in abrahae semine quod est xps erat futura benedictio

VIIII. de perseuerantia fidei. cuius fortitudo est pax et dilecti di

X. de peccato adae quod in omnes homines sine cuiusquam exceptione transibit nec euacuatur nisi in xpo ihu qui solus sic humana naturam recepit ut eum contagia ueteris originis non tenerent. et sicut per unius peccatum fuerit ingressa mors omnium. Ita per unius iustitia repararetur uita cunctorum

XI. de sacramento baptismi in quo morimur peccato ut uiuamus do

XII de stipendio peccati et de retributione gratiae di

XIII de concupiscentiis carnis quae legis prohibitione creuerunt

XIIII quo trahat carnalis prudentia et quo mens cui sps di est rector ascendat

XV de excellentia glorificationum in aeterna beatitudine tribuendarum quae praesentium passionum quas sancti sustinent meritum omne transcendent expectante omne creatura per spei fortitudinem promissionis di

XVI de gratia di qui electis suis adque praescitis per spm sanctum effectum et scientiam praestat orandi et per caritatem di insuperabiles facit

XVII de filiis promissionis quos apostolus mirabilis caritatem etiam sui detrimento optat adquirere specialem curam pro suae gentis salutem suscipiens

XVIII. In electione siue iudaeorum siue gentilium nullam christianae gratiae esse distantiam et parem utriq. populo tribui misericordiam. quia omnis homo renouatus in xpo adoptionis est filius

XVIIII quod gentium populus fide iustificatus non ita in suis uocatione debeat gloriari ut non se propter offensam israheliticae plebis extollat

XX. de obscecatione iudaeorum quod operae gratiae di in lumine gentium profuit

XXI In quam obseruantiam mandatorum di per apostolicam praedicationem uniuersalis ecclesia dirigatur et qua caritate omnes fideles sibi debeant esse connexi et nullus nisi in dno glorietur

XXII. de mundanis potestatibus honorandis quia oportet oboediri. his quib. ad mundanum regumen dns tribuit potestate

XXIII quod fideles di non debeant inuicem iudicare cum unusquisq. secundum regulas mandatorum ipsa se debeat diuino iudicio praeparare ut ante tribunal di sine confusione possit operum suorum praestare rationem

XXIIII de testificatione pauli doloris et tristitiae pro iudaeis

XXV de duobus populis

XXVI de uoluntate di quod quem uult. indurat et cui uult clementissime miseretur

XXVII. de conparatione figmenti et figuli

XXVIII. de uasis irae ac misericordiae et gentium uocatione

XXVIIII. de esaia clamante pro populo israhel

XXX. de gentib. iustitiam fidei conprehendentib. et iudaeis offendentib. in lapidem offensionis.

XXXI de paulo testimonium perhibente. quod iudaei. aemulationem di habeant ignorantes et quod finis sit dns xps

XXXII de iustitia legis et iustitia fidei

XXXIII de incredulitate iudaeorum et gentium fide

XXXIIII de iudaeis quod non sint repulsi a do

XXXV de duritia iudaeorum

XXXVI de iudaeorum delicto cum sit gentib. salus. quanto magis erit plenitudo eorum

XXXVII de apostolo reuelante iudaeos conparatione oliuae arboris et gentes a uelatione animi reprimente

XXXVIII de salute omnium iudaeorum

XXXVIIII de inpossibilitate sciendi secretorum scientiae di

XL de apostolo obsecrante sanctos ut corpora sua exhibeant hostia do

XLI de falsa et uera sapientia

XLII de ecclesia et conparatione cordis adq. membrorum in hoc capite sunt de diuersitate donorum et dilectione. de odio mali et coniunctione boni. de caritate de obsequio. de sollicitudine de feruore spiritus

de tempore seruiendo. de spei gaudio. de patientia tribulationis. de instantia orationis. de communicatione sanctorum memoriis. de hospitalitate. de benedicendo et abstinentia male dicendi. de gaudio cum gaudentibus. ac fletum cum flentib. de unitate. de humilitate. de non reddenda iniuria de prouisione bonorum coram do et hominib de pace si fieri potest cum omnib. hominib. de uindicta a dno expectanda

XLIII de subiectione erga principes et potestates

XLIIII de redditione unicuiq. omnium debitorum

XLV de uigilantia excitio fidei et sobrietate et continentia

XLVI de neglegentia et traditionis carnis et de manducantib. ac non manducantib. et iudicantibus alternos uel uniuersos dies

XLVII de omnib. quod non sibi sed do aut moriatur aut uiuant

XLVIII de passione dni et potestate et quod nec edens non sedentem nec non manducans manducantem debeat iudicare

XLVIIII de eo quo nihil commune est nisi ei qui existimant esse

L commune. de periculo contristante fratrem suum esca sua. et quod non sit regnum di esca et potus. sed iustitia et pax et gaudium in spu sancto

LI de mysterio dni ante passione silentio habitu post passione uero ipsius reuelato

Expl. breuis.

3 2400 00778 1333

DATE DUE

	PRINTED IN U.S.A.

GTU Library
2400 Ridge Road
Berkeley, CA 94709
(510) 649-2500

FLORILEGIUM PATRISTICUM

tam veteris quam medii aevi auctores complectens

Bisher sind erschienen:

Fasc. I. Monumenta aevi apostolici. Ed. G. Rauschen. Edit. altera emend. 1914. V, 91 S. Preis brosch. M. 1.80, kart. M. 2.30.

„ II. S. Justini apologiae duae. Ed. G. Rauschen. Edit. altera emend. 1911. IV, 135 S. Preis brosch. M. 2.20, kart. M. 2.70.

„ III. Monumenta minora saec. secundi. Ed. G. Rauschen. Edit. altera emend. 1914. IV, 122 S. Preis brosch. M. 2.20, kart. M. 2.70.

„ IV. Tertulliani liber de praescript. haereticorum acced. S. Irenaei adversus haereses, III, 3./4. Ed. G. Rauschen. 1906. Zur Zeit vergriffen.

„ V. Vincentii Lerinensis commonitoria. Ed. G. Rauschen. 1906. Zur Zeit vergriffen.

„ VI. Tertulliani Apologet. recensio nova. Ed. G. Rauschen. Edit. altera emend. 1912. IV, 144 S. Preis brosch. M. 2.40, kart. M. 2.90.

„ VII. Monumenta eucharistica et liturgica vetustissima. Ed. G. Rauschen. Edit. altera amend. 1914. IV, 181 S. Preis brosch. M. 3.60, kart. M. 4.10.

„ VIII. M. Minucii Felicis Oktavius. Ed. G. Rauschen. 1913. XIV, 64 S. Preis brosch. M. 1.30, kart. M. 1.80.

„ IX. Textus antenicaeni ad primatum romanum spectantes. Ed. G. Rauschen. 1914. VI, 60 S. Preis brosch. M. 1.30, kart. M. 1.80.

„ X. Tertulliani de paenitentia et de pudicitia recens. nova. Ed. G. Rauschen. 1915. IV, 104 S. Preis brosch. M. 2.–, kart. M. 2.50.

„ XI. Tertulliani de baptismo et Ps.-Cypriani de rebaptismate recens. nova. Ed. G. Rauschen. 1916. IV, 77 S. Preis brosch. M. 1.50, kart. M. 2.–.

„ XII. Emendationes et adnotat. ad Tertulliani apologeticum. Ed. G. Rauschen. 1919. 58 S. Preis brosch. M. 1.20, kart. M. 1.70.

„ XIII. D. Thomae Aquin. Quaestiones disputatae de veritate quaestio XI. Ed. A. Dyroff. 1918. IV, 53 S. Preis brosch. M. 1.50, kart. M. 2.–.

„ XIV. D. Thomae Aquin. Sum. Theol. I, qu. 75–77. De essentia et potentiis animae. Ed. B. Geyer. 1920. XX, 66 S. Preis brosch. M. 1.30, kart. M. 1.80.

„ XV. S. Ambrosii de obitu Satyri fratris laudatio funebris. Ed. B. Albers. 1921. 57 S. Preis brosch. M. 1.20, kart. M. 1.70.

„ XVI. S. Pachomii abb. Tabennensis regulae monasticae acced. S. Orsiesii doctrina de institutione monachorum. Ed. B. Albers. 1923. 125 S. Preis brosch. M. 2.–, kart. M. 2.50.

Die Sammlung wird fortgesetzt.

Peter Hanstein, Verlagsbuchhandlung in Bonn a. Rh.

Piererscher Hofbuchdruckerei Stephan Geibel & Co., Altenburg, Thür.